



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae  
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica  
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè  
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

**Slotan, Johann**

**Coloniae, 1560**

**VD16 S 6745**

Capvt II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29875**

ritum meū, adiūcere peccata super peccata. hæc ille.

## CAP VT II.

**I**Taque si possunt, ostendant aduersari Lutherani  
rij legitimos episcopos suos, demō- legitimā  
strent certam eorum successionem ab nem Epis- successio-  
ipsa Petri sede originem trahentem vñ coporum  
que in hodiernam diem, designent ali- ostendere  
quos suæ doctrinæ anteceffores, viros non pos-  
apostolicos, qui in apostolorum eccl- sunt,  
esijs continua successione docuerunt &  
(vt verbis Tertulliani vtamur) si audēt  
interferere se ætati apostolicæ, vt ideo  
videātur ab Apostolis traditæ, quia sub  
Apostolis fuerunt, ædant ergo origi-  
nes ecclesiarum suarum, euoluant ordi-  
nem Episcoporum suorum, ita per suc-  
cessiones ab initio decurrente vt pri-  
mus ille Episcopus, aliquem ex Aposto-  
lis vel apostolicis viris( qui tamen cum  
apostolis perseuerauerit) habuerit auto-  
rem & antecefforem. Hoc enim modo  
ecclesiæ apostolicæ census suos defe-  
runt, sicut Smyrneorum ecclesia Poly-  
carpum ab Ioanne collocatum refert,  
Sicut Romanorum Clementem à Petro  
ordi-

IOAN. SLOT. GEF.

ordinatum, id & proinde utique & ceteræ exhibent, quos apostoli in episcopatum constitutos, apostolici seminis traduces habeant. Confingant tale aliquid hæretici. Quid enim illis post blasphemiam illicitum est? sed et si confixerint, nihil promouebunt. Multo plura in hanc ferme sententiam habet ibidem, quæ breuitatis gratia omittimus. Itaque ut semel concludamus aduersarij nostri nihil horum ostendere possunt, nisi duntaxat ceruicosos quosdā & pertinaces hoīes, qui ab Ecclesia exierūt, & spiritui sancto semp̄ restiterūt.

CAPVT III.

Upereft adhuc vt demonstremus, lib. 2. c. 3.  
Lutherani  
vnionis  
Vinculum  
non habet

Squam non sit apud aduersarios vñionis & pacis vinculum, quod deseruerunt. Ad quod quidem demonstrandum tractatu longo opus nō est, neq; argumentis multis. Si etenim hæc ita se habent, imò verò quia sic se habent, q; suprà de vñionis vinculo à nobis dicta sunt, constat profectò illos eo carere. Diximus enim vñionem Ecclesiæ duplē esse, vnam per fidem, per quā o-

DE  
mnes fie  
re, & han  
per char  
iunctura  
suo Chr  
bra se in  
turbare  
itaque H  
nem qua  
unt: & ci  
nem qua  
bent, cu  
tivt schi  
sonat. Ne  
quin hoc  
sponte te  
ruperunt  
fecerunt  
Quod q  
(quem L  
tagisse sc  
rumpere  
latorum  
ecclesiæ  
se fidē cr  
resistit, in